

CAP. XLVI.

Manichæi cur sic dicti. Erroris autem eorum quamuis infinita penè sint capita, tamen octo tantùm velut præcipua recensentur hoc loco.



Manichæi à quodam Persa extiterunt, qui vocabatur Manes: quãuis & ipsum cum eius insana doctrina cœpisset nomen predicari. Nam antebac Urbicus vocabatur. Sed in Græcia discipuli eius vitantes nomen insania, (quasi doctiores, & eo ipso mendaciores) geminata, n. litera *M*anicheum quasi manna fundentẽ, pro *Manichæo*, id est, insano, appellauerunt. Iste 2 duo principia inter se diuersa atque aduersa, eadẽmque æterna & coæterna, hoc est, semper fuisse cõposuit: duasque naturas atque substantias boni scilicet & mali, sequẽs alios antiquos hereticos opinatus est: quarum inter se pugnam & commixtionem, & boni à malo purgationem: & boni, quod purgari non poterat, cum malo in eternũ damnationem, secundum sua dogmata asseuerans multa fabulatur, quæ cuncta intexere huic operi nimis longũ est. Ex his autem suis fabulis vanis & impiis coguntur dicere, animas bonas (quas censent ab animarum malularum natura scilicet contrariæ cõmixtione liberãdas) eius, cuius est Deus, esse naturæ. Proinde mundum à natura boni, hoc est, à natura Dei factũ cõfitetur quidẽ, sed de commixtione boni & mali, quæ facta est, quando inter se utraque natura pugnavit. Ipsam verò boni à malo purgationem ac liberationem non solùm per totũ mundum, & de omnibus eius elementis virtutem Dei facere dicunt: verùm etiam Electos suos per alimenta quæ sumant, & eis quippe alimentis, sicuti uniuerso mũdo, Dei substantiam perhibent esse commixtam, quã purgari

purgari